UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 4. Quid de Sacerdote qui patitur morbum comitialem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

Visual Library

D. Tho. 3. p. q. 82. art. 8. „ Thomas: *Poteſtas conſecrandi* Euchariſtiam, „ pertinet ad characterem Sacerdotalis ordinis: „ character autem quilibet, quia cum quadam „ conſecratione datur, indelebilis eſt; ſicut & „ quarumcumque rerum conſecrationes perpe- „ tuæ ſunt, nec amitti, nec reïterari poſſunt. „ Unde manifeſtum eſt, quod poteſtas conſe- „ crandi non amittitur per degradationem; & „ ſic patet, quòd Sacerdos degradatus poteſt „ conficere hoc Sacramentum. Quod tamen non poteſt ſine gravi peccato.

Quæſt. 4. Sacerdos qui patitur morbum comitialem, ſeu caducum, debet-ne celebrare Miſſam?

S Tho. 3. p. q. 82. art. 10. ad 3. *Reſp.* Divus Thomas ſic reſpondet: „ *Dicendum quòd* debilitas vel ægritudo ſuperveniens „ Ordini Sacerdotali, ordinem non tollit: execu- „ tionem tamen Ordinis impedit quantùm ad „ conſecrationem Euchariſtiæ. Quandoque qui- „ dem propter impoſſibilitatem executionis, ſi „ privetur oculis, aut digitis, aut uſu linguæ. „ Quandoque autem propter periculum, ſicut „ patet de eo qui patitur morbum caducum, vel „ etiam quamcumque alienationem mentis. Quare Alexander II. relatus in Can. conſultus à Gebonardo Vivarienſi Archiepiſcopo, utrum Presbyter poſſet Miſſarum ſolemnia celebrare qui morbum patiebatur caducum: *Conſulimus*, inquit, *ut ſi frequenter hoc morbo tangitur à Miſſarum celebratione modis omnibus prohibeatur: indecens enim eſt & periculoſum, ut in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus epileptico cadat.*

Can. *In litteris.* 7. q. 2.

Quæſt. 5. Quid agendum eſt cùm Sacerdos moritur ante vel poſt conſecrationem, aut propter aliquam infirmitatem nequit Hoſtiam conſummare?

Reſp. His incommodis occurrit Eccleſia in